PLATO. ARISTOTELES
Entstehungsort unbestimmt (Tirol?), 3. Viertel 15. Jh. Seite 61r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35041
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



habuerit/negligendum nunc existimas Gl Sic arbitror
So laborum quoque ac dolorum certamina illis puto proponenda
inquibus eadem seruanda sunt Gl Recte inquit So
Et tercie speciei incantationis concertatio hijs erit adhibenda
nec secus vt equorum pulos obseruantes/et ad strepitus
tumultusque ducentes an timidi fortasse sint/solemus
perstrutari/sic iuuenes istos ad timenda quedam/tum deinde
ad uoluptates transferendos esse neque minus quam in igne
aurum solet probandos arbitramur Qui vero ex hijs
haud facile quibit incantari et in omnibus vicissim moratus
apparuerit sui ipius ac musice quam didicit
perfectus custos moderatum/quoque ac bene consonum se
vndique prebuerit in quantum sibi ac ciuitati utilis esse possit
in pueris deinque adolescentibus ac viris comprobatus/immaculatum
se prestiterit principem ac custodem ciuitatis censemus
statuendum honores quoque et viuo et mortuo
vicissim conferendos/sepulchrorum deinde aliorumque monumentorum
ampliora quedam digne sortienti impendenda
fore premia Cum vero qui huiusmodi nequaquam sit/puto
reprobandum/Hec inquam glauco de principum custodumque
electione ac constitutione in forma quadam non aut
accurate explicari diceretur Gla Sic michi inquit apparet
So Hos itaque custodes vndecimque recte vocaremus
ex terius hostium amicorum vero interius ut hij neque quam velint
illi aut neutique possint ledere Iuuenes vero quos
nunc custodes vocabamus Regum auxiliatores decretorum
ac conseruatores dicemus esse Gla Assentior inquit

Similitudo equorum

Qui dignus principatu

Hos laudabit

Capitulum Decimum septimum De principum et ciuium nobilitate et ignobilitate disserenda nobile figmentum

Quis modus inquam fuerit Socrates/glauco/
de hijs potissime mendacijs que cum necessaria
sint/tum generosum quoddam in se putamus/